Et factū ē uespe ⁊ mane dies sept⁹ ij
gitur pfecti sunt celi et terra ⁊ omis ornatus eor. Completeq; de⁹ die septimo op⁹ suū qđ fecerat ⁊ requieuit die septimo ab uniuso ope qđ patrarat. Et benedixit diei septimo ⁊ sanctificauit illū quia i ipo cessauerat ab omi op⁹ suo qđ creauit deus ut faceret. Iste sūt generacões celi ⁊ terre q̄n create sūt in die quo fecit de⁹ celū ⁊ terrā ⁊ oēm uirgultū agri ātq; oriret in terra omnēq; herbā regionis pri⁹ q̄ germinaret. Non enī pluerat dns deus sup terrā ⁊ homo nō erat qui operaret terrā. Sed fons ascendebat ⁊ irrigās uniuersam superficiem terre. Formauit igitur dns deus hoiem de limo terre et inspirauit in facie ei⁹ spiraculū uite ⁊ factus homo i aiam uiuentē. Plantauerat aut̄ dns deus paradisum uoluptatis a principio in quo posuit hoiem quē formauerat. Produxitq; dns deus de humo oēm lignū pulchrū uisu ⁊ ad uescendū suaue lignū etiā uite in medio paradisi lignūq; sciēcie boni et mali. Et fluuius egrediebat de loco uoluptatis ad irrigandū paradisum quī inde diuidit in q̄tuor capita. Nomen uni phison. Ipe est qui circuit omnē terrā euilath ubi nascit aurū ⁊ aurū terre illi⁹ optimū ē. Ibiq; inuenit bdelliū ⁊ lapis onichin⁹. Et nomen fluui⁹ secūdi geon. Ipse ē qui circuit omnē terram ethiopie. Nomen uero fluminis tercii ygris. Ipe uadit cōtra assyrios. Fluuius aut̄ quart⁹ ipe ē eufrates. Tulit ergo dns de⁹ hoiem et posuit eū in paradisū uoluptatis ut operaret et custodiret illū. p̄ecepitq; ei dicēs. Ex oī ligno paradisi comede de ligno aut̄ sciēcie boni et mali ne comedas. In quacūq; enī die comederis ex eo morte morieris. Dixit q̄; dns de⁹. Non ē bonū hoiem esse solū faciam⁹ ei adiutoriū sibi. Formatis igit̄ dns de⁹ de humo cunctis aīalibus terre et uniuersis uolatilibus celi adduxit ea ad adā ut uideret qđ uocaret ea. Omne enī qđ uocauit adam aiāe uiuentis ipm ē nomen eius. Appellauitq; adā nomibus suis cuncta aīalia ⁊ uniuersa uolatilia celi et omnes bestias terre. Ade uero nō inueniebat adiutoriū similis sibi. Immisit q̄; dns deus soporē in adam. Cumq; obdormisset tulit unā de costis eius et repleuit carnē pro ea. Et edificauit dns deus costā quā tulerat de adam in mulierē ⁊ adduxit eam ad adam. Dixitq; adam. Hoc nūc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Hec uocabitur uirago quī de uiro sumpta est. Quāobrē relinquet homo patrē suū ⁊ matrē ⁊ adherebit uxori sue ⁊ erunt duo i carne una. Erat aut̄ uterq; nud⁹ adā scilicet ⁊ uxor ei⁹ ⁊ nō erubescebāt.

Sed ⁊ serpens erat callidior iij
cunctis aīalibus ire q̄ fecerat dns de⁹. Qui dixit ad mulierē. Cur p̄cepit uobis deus ut nō comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu lignor⁹ que sunt in paradiso uescimur. de fructu uero ligni qđ est in medio paradisi p̄cepit nobis de⁹ ne comederem⁹ ⁊ ne tangeremus illud ne forte moriamur. Dixit aut̄ serpens ad mulierem. Nequaq; morte moriemini. Scit enī deus q⁹ in quocūq; die comederitis ex eo aperient̄ oculi uestri et eritis sicut dii scientes bonū et malū. Vidit igit̄ mulier q⁹ bonū esset lignū ad uescendum et pulchrū oculis aspectuq; delectabile ⁊ tulit de fructu illi⁹ ⁊ comedit. deditq; uiro suo. Qui comedit ⁊ apti sunt oculi ambor. Cumq; cognouissent se esse nudos consuerūt folia ficus ⁊ fecerūt sibi p̄zomata. Et cū audisset uocem dei deambulātis i paradiso ad auram post meridiem abscondit se adā et uxor ei⁹ a facie dei in medio ligni paradisi. Vocauitq; dns de⁹ adā et dixit ei. Ubi es. Qui ait. Uocē tuā dne audiui in paradiso ⁊ timui eo q⁹ nudus essem et abscondi me. Cui dixit dns. Quis enī indicauit tibi q⁹ nud⁹ esses nisi q⁹ ex ligno de quo p̄ceptū tibi ne comederes comedisti? Dixitq; adam. Mulier quā dedisti michi sociam dedit michi de ligno et comedi. Et dixit dns deus ad mulierē. Quare hoc fecisti? Que respondit. Serpens decepit me et comedi. Et ait dns ad serpentē. Quia fecisti hoc maledictus es inter oīa aīalia ⁊ bestias terre. Super pectus tuū gradieris ⁊ terram comedes cunctis diebus uite tue. Inimicicias ponā inter te et mulierē ⁊ semen tuū ⁊ semen illius. Ipsa conteret caput tuū et tu insidiabaris calcaneo eius. Mulieri quoq; dixit. Multiplicabo erumpnas tuas ⁊ cōceptus tuos. In dolore paries filios et sub uiri potestate eris ⁊ ipe dominabit tui. Ade uero dixit. Quia audisti uocē uxoris tue ⁊ comedisti de ligno ex quo p̄ceperam tibi ne comederes maledicta terra in ope tuo. In laboribus comedes ex ea cūctis diebus uite tue. Spinas et tribulos germinabit tibi ⁊ comedes herbas terre. In sudore uultus tui uesceris pane tuo donec reuertaris in terrā de qua sūpt⁹ es quia puluis es ⁊ in puluerē reuerteris. Et uocauit adam nomen uxoris sue eua eo qđ mater esset cūctor uiuentiū. Fecit quoq; dns deus ade ⁊ uxori ei⁹ tunicas pelliceas ⁊ induit eos et ait. Ecce adam ipse unus ex nobis factus est sciens bonū ⁊ malū. Nunc ergo ne forte mittat manū suā et sumat etiā de ligno uite et comedat et uiuat in eternū. Emisit eū dns deus de paradiso uoluptatis ut operaret terrā de qua sumpt⁹ est. Eiecitq; adā et collocauit ante paradisum uoluptatis cherubin ⁊ flāmeum gladiū atq; uersatilem ad custodiendam uiam ligni uite. iiij

Cognouit uero adam eua uxorē suam q̄ concepit ⁊ peperit cayn dicens. Possedi ipiem per deū. Rursū q; peperit fratrem eius abel. Fuit aut̄ abel pastor ouiū ⁊ cayn agricola. Factum ē aut̄ post mltos dies ut offerret cayn de fructibus terre munera dnō. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis suī ⁊ de adipibus eor. Et respexit dns ad abel et ad munera ei⁹ ad cayn aut̄ ⁊ ad munera illius non respexit. Iratusq; est cayn uehementer ⁊ concidit uult⁹ ei⁹. Dixitq; dns ad eū. Quare iracus es ⁊ cur concidit facies tua? Nōne si bene egeris recipies? Si aut̄ male statim in foribus pccm tuū aderit. Sed sub te erit appetit⁹ eius et tu dñabaris illi⁹. Dixitq; cayn ad frem. Egrediamur foras. Cumq; essēt i agro cōsurrexit cayn aduersus fratrē suū abel: ⁊ interfecit eū. Et ait dns ad cayn. Ubi est abel frater tu⁹? Qui rndit. Nescio. Custos fratris mei nūq̄d ego? Dixitq; ad eū. Quid fecisti? Vox sanguinis fris tui clamat ad me de terra. Nūc igit̄ maledict⁹ eris sup terrā q̄ aperuit os suū ⁊ suscepit sanguinē fratris tui de manu tua. Cum operat⁹ fueris eam: non dabit tibi fructus suos. Vagus et profugus eris sup terrā. Dixitq; cayn ad dnm. Maior est iniq̄tas mea q̄m